

*Doc. 34 (Scriptum est castellano
palatiorum et custodibus forestarum...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Doc. 34 (Scriptum est castellano
palatiorum et custodibus forestarum...)*

1296-08-21

Scriptum est castellano palatiorum et custodibus forestarum suarum Lacuspensilis et Sancti Gervasii nec non camerario terrarum Ripecandide et Lavelli, petitionem hominum terre Venusii nostrorum fidelium culmini nostro porrectam humiliter ad exauditionis gratiam admittentes fidelitati vestro precipimus, quatenus per homines terre predicte vel ordinatos eorum in forestis Lacuspensilis Sancti Gervasii Ripecandide et Lavelli lignamina necessaria pro faciendis verdiscis et auditibus murorum terre predicte incidi in illis partibus videlicet in quibus minus dampnificentur foreste ipse et ad predictam terram deferri absque molestia et contradictione qualibet permittatis. Proviso una cum locumtenente senescalli regni nostri Sicilie quod predicta lignamina in usus alios non convertant.

Datum Monopoli in absentia prothonotarii regni nostri Sicilie per Guillelmum de Goderio locumtenentem cancellarii die XXI augusti IX indictionis (1296).